HAIMO ALTISSIODORENSIS
3. Viertel 12. Jh. Seite 19r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in carne p̄sentia intelligit. Que abscondita est
quando in cruce occubuit. sed iterū resurgens a
mortuis cepit lucere in uirtute sua. in multitu
dine scilicet miraculoꝝ. & predicatione doctorū.
Nam & de occasu psalmista dicit. Iter facite ei q̄
ascendit sup occasum. Sup occasū namq; ascendit.
quia unde occubuit inde surrexit. Et quando ista
dicebat iohannes. iam ortus. iam ad occasū uersus.
iam surgens iterū lucebat in uirtute sua. idē iam
in carne natus. passus & resuscitatus. ipsaq; eius na
tiuitas. passio. & resurrectio. totū claruerat p orbē.
Et idcirco facies angli non simpliciter. sed sicut
sol lucet in uirtute sua splendebat. Et cū uidis
sem eū cecidi ad pedes eius tamquā mortuus. Io
hannes in hoc loco omnē significat electoꝝ multi
tudinē. angelus autē solius capitis p̄sonā gerit.
Nam autē hic pedes dn̄i sicut superius eternita
tem diuinitatis eius. non p̄dicatores. n̄ cetera de
niq; membra. sed tantū indicia passionis eius. &
humilitatis significant. qua se humiliauit usq;
ad mortē. Ad pedes g̊ angeli iohannes cadit. dum
sancta eccl̄a uestigia passionis ipsius imitat̄. iuxta
illud beati Petri. Xp̄c passus est p nobis. uobis relin
quens exemplū. ut sequamini uestigia eius. et
hoc mortificando se cum uiciis & concupiscentiis.
Ad pedes eius cadit. quia dum considerat redemp
torē suū mortuū. mox mundo moriens. ad imitan
da uestigia eius. semetipsā humiliter p̄sternit.
Bene autē iohannes non mortuus. sed tamquā